

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

65. Enumerantur aliqui casus, in quibus discutitur an incidatur, vel non
incidatur in Sodomiam reservatam? Ex p. 7. tract. 12. & Misc. 3. res. 13.
alias 11.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

hunc prīo est; vnde mihi contraria vera videtur, quam tueri
me tur, & docent Sayr. de censur. lib. 7. c. 12. num. 2. 4.
Homobon. de exam. Eccl. part. 1. tract. 11. cap. 12.
ibid. § 2. Sanchez de marin. tom. 2. lib. 7. disput. 46. mu-
tatio 2. qui citat Graffium, Vegam & Rodriq. Aquila
de cens. p. 7. disp. 4. dub. 7. conel. 7. Henriquez lib. 1. 4.
c. 5. num. 1. ingloss. lib. 1. F. Homob. de bonis in exam.
T'acel. p. 1. tr. 5. c. 8. qu. 1. Floron. de cas. ref. p. 2. cas. 7.
§. 1. num. 8. Bonac. de maritum. q. 4. punct. 1. 1. num. 2.
Finell. de cas. ref. cas. 9. num. 6. Azor. p. 3. lib. 3. c. 1. 3.
9. 5. Fanard. in direct. p. 2. prae. 6. c. 9. Suar. de cens. di-
sp. 1. sebt. 4. num. 22. Filluc. tom. 1. tract. 17. n. 127.
& alij.

3. Probatur hæc opinio ex principiis de legibus;
nam lex penalis, quæ non potest executioni demandari,
ab illo hominis actione, etiam si ipso iure, vel
ipso facto feratur, vel etiam dicatur nulla, expectata
declaratione ante iudicis condemnationem, non
obligat. Et ratio est, quia vnu, & confutudine, que
est optimæ legum interpres, receptum est, vt nullus
iudicis sententia re ante obtemperet, nisi declaratoria criminis
iudicis sententia à Judice feratur. Secundò, si talis lex obli-
garet ante iudicis sententiam, esset nimis acerba co-
geret enim homines ad se prodendum, & ad exe-
quendum in fe duriissimam penam. ad quod nulla lex
obligat: leges enim humanæ faciles, & tolerabilis
esse debent, & humanae imbecillitatem accommodare,
Ita Valquez in p. 2. tom. 2. disp. 1. 68. num. 14. Cour-
ageum in p. 2. §. 8. n. 3. illat. 3. Bocan in p. 2. tract. 3. c. 2. &
Molina de inst. 1. tract. 2. disp. 9. 5. n. 14. post citatos
quos s. 10. Doctores afferit hanc sententiam esse communem
inter Theologos, & Iurisperitos: & etiam pro illa
citat 43. Doctores Salas de legibus disp. 15. sebt. 2. n.
38. vide etiam Villalob. in sum. tract. 2. diff. 26. n. 2.
tom. 9. Molfel. in sum. tom. 1. tract. 9. c. 9. n. 35. Lorca in p.
tom. 2. sebt. 24. de legibus. Leffsum. lib. 2. c. 29. dub. 8.
n. 6. Suarez de legib. lib. 5. c. 5. & seq. Ioan. de la Cruz
in direct. cons. 1. in princ. dub. 3. de legib.

4. Ex his deducitur resolutio multorum casuum.
Et primò habetur intelligentia penarum apposita-
rum in Bulla Sixti V. contra Clericos non deferentes
habitum, & in Bulla Clem. VIII. contra Religiosos
munera largientes; in illas enim nullus incurrit, ni-
si post iudicis sententiam. Ita Molfel. ubi supra. Se-
cundò leges ponentes taxam tritico, & penas con-
trahentieribus, non obligant ante iudicis condemna-
tionem sententiam: tenentur quidem venditores re-
fittere excessum pretij, non autem ad penam, nisi
à iudice condemnatum. Ita Villalob. ubi sup. n. 3. Item
tertio Beneficiarius potest beneficium retinere, do-
nec declaretur delictum, propter quod priuatus est
ipso facto beneficio nisi forte in legè dicat penam
in foro conscientie statim subeundam esse. Sord. de-
cis. 147. per tot. & Azor. part. 1. lib. 5. c. 7. 9. 6. & alij.
Quarto, Rectores Ecclesiastici alienantes bona Ec-
clesiastica, sive solemnitatibus necessariis, non tenen-
tib[us] adferre beneficia, per Extrahag. ambitios. ante
iudicis latam sententiam, quia dicta Bulla ita fuit vnu
recepta: sic Nauar. in man. e. 27. num. 1. 10. & Sanch.
in sum. tom. 1. lib. 2. c. 2. num. 20. cum aliis. Quin-
to, idem dicendum videtur de Religiosis, qui admittunt
mulleres intra scripta Monasterij ex Motu pro-
prio p[ro]p[ri]o. Ita Rodriq. in explicar. dicta Bulla num.
32. Item sexto; superiorum alienius Religionis inci-
denter in aliquem casum absolutionis, seu priuati-
onis ipso facto Prioratus, etiam si palam constet de
crimen, dicendum est non incurrire dictam penam,
donec per superiorum declaretur, & consequenter
tanta conscientia in eo manere posse, nec licere sub-
dis illum expellere à Gubernatione. Ita Ioan. Va-
ler. in differentiis viris que fori, ver. pena. differ. 20. n.
5. Item septimo, heretici, & alij, quorum bona ipso

Tom. I.

iure publicantur, non teneantur ante iudicis senten-
tiam dicta bona restituere fisco. Ita Sanchez in sum.
tom. 1. lib. 2. c. 20. num. 7. qui 33. Doctores citat: te-
nentes hanc sententiam, & nouissime Sanctarell.
tract. de heret. cap. 2. dub. 1. num. 6. Dicendum est igitur
Clericos sodomitæ non incurtere in penas
Bullæ p[ro]p[ri]o. ante sententiam iudicis declaratoriam.

RESOL. LXIV.

Praxis pro Confessariis circa absolutionem Clericis So-
domiticis impertendam. Ex part. 2. tr. 17. & Misc.
3. Ref. 68.

§. 1. Si Clericus non exerceat sodomitam, est sine
dubio absoluendus. Si exerceat, aliqui putant
esse absoluendum, dum per Confessarium, vel
alium vitum secretum procuretur noua promissio be-
neficij, dignitatis, officij, &c. Sed ego puto, sine illo
metu aboliō posse absque noua provocione. Quia, vt
diximus, in foro conscientie non obligatur ad ferendam
penam latam per ifam Extrahagantem; si non
præcedat sententia Iudicis declaratoria. Et cum in ^{Quæ hic est}
prima ref. dixerimus dictam Extrahagantem in fo-
ro interiori non suffit vnu receptam; ideo dicendum
est absolutè, tali Clerico sodomitæ, si sit contritus,
etiam recente beneficio, officio, & dignitate, absolu-
tionem omnino impertendam esse.

RESOL. LXV.

Enumerantur aliqui casus, in quibus discutitur, an in-
cidatur, vel non incidatur in sodomitam reservatam?
Ex part. 7. tr. 1. 2. & Misc. 3. Ref. 13. alias 11.

§. 1. Solent Episcopi sapienter reservare casum So-
domiae: id est quia ad Primò, an feminam cum
feminam ita congregandi, vt altera carum masculi vi-
cem gerat, & effusio feminis intra vas naturale se-
quatur, incidat in casum reseruatum Sodomia? Af-
firmat Lupus de cas. ref. part. 2. cas. 10. num. 14.
& alij, qui talis coitus est innaturalis, & cum per-
sona indebita, videlicet ad non debitum sexum. Mi-
hi vero magis placet opinio negativa, quia licet actus
iste ad Sodomiam reducatur cum sit inter personas
eiusdem sexus: tamen non est vere, & proprie Sodo-
mia, quia licet non seruetur sexus, seruatram
men vas, Quod si casus dari posset, vt feminam al-
teram feminam ita supergredieretur, vt vel medio
aliquo Instrumento, vel fine Instrumento immite-
ret lumen intra vas praeposterum alterius, quod fieri
posse afferit ex Auicenna, Antonius Gomez l. 80.
Taur. n. 34. tunc dicere ligari haec referuntur, quia
tunc peccaret contra vas debitum, & contra le-
xum, quod diximus esse de ratione Sodomia. Et ita
nostram sententiam præter alios docet Mazuchellus
17. de cas. ref. disp. 2. cap. 22. num. 6.

2. Quarto secundò, an patientes includantur in ca-
su reseruato Sodomia. Affirmatiue respondent com-
muniter, quia tam patiens quam agens propriè dici-
tur committere peccatum Sodomia. Tum quia, li-
cet verbum (committere) propriè designat actio-
nem, non passionem: tamen quia sumus in eodem
genere delicti, unum includitur in alio. Tum quia in
correlatius dispositum iu uno, censetur etiam dispo-
situm in alio.

3. Non deseram tamen adnotare, quod licet Bor-
donus in Concil. regul. ref. 38. quæst. 24. num. 44. heic
sententia adhæreat, tamen Refol. 48. 7. 5. n. 2. contra-
rium putat non esse improbabile, nempe patientem.

Ce 2 non

Sup. hoc su-
pra in fine
Ref. 60. sed
lege eam per
toram, & in
tom. 7. tr. 1.
Ref. 115. si-
gnanter in
eius §. vlt. &
in tom. 5. tr. 1.
ex doctrina
Ref. 79 §. vlt.
in fine.

Tractatus Quintus

304

non incidere in casum reseruatum Sodomiæ ; quod ab solitudo tenet nouissime P. Alphonius de Leone *de cens. Recollect. 5. num. 73.* qui citat Marchinum *de sacrament. Ord. trac. 1. par. 8. cap. 4. n. 20.* vide etiam eundem Leonem *Recoll. 6. num. 876.*

Sup. hoc leg. 4. Nota tamen : quod sententia affirmativa procedit modò agens seminet intra vas , quia cum actio ipsi porosum tubatur , si ea perfecta non est , peccatum non subiicit reseruationi , neque ex parte patientis , licet etiam seminet , quia complementum peccati semper attenditur ex parte agentis , ut qui est nobilior patiente.

Sup. hoc su- 5. Quarto tertio , an inchoat Sodomiæ in vase pte postero , sed poëta emittat semen extra vas , inde in casum reseruatum ? Affirmative respondent aliqui , quia iam crimen satis perfectum , & compleatum censetur in genere Sodomiæ , vt ex multis probat Fagundez in *Decal. tom. 2. lib. 6. cap. 9. num. 8.* & quia proprius dolus nemini debet patrocinari , neque ex sua iniustitate nullus debet reportare commodum , & nil in fia deum legis est faciendum . Ad quia dico prædicta referri ad culpam , nam sic peccans non excusat à peccato molitiae coniuncto cum aliqua circumstantia Sodomiæ , non autem esse referenda ad legem reseruationis , à qua non excusat ratione sua malitia , sed quia non peccavit cum omnibus illis circumstantiis , cum quibus hoc peccatum reseruatorum neque ita se retrahere refert , & auget peccatum , sed minuit , & sub alia specie ponit . Et ideo hanc sententiam tenet Lopus *de cas. reser. par. 2. cas. 10. n. 12.* Bordonus in *confil. Regul. resol. 48. num. 17.* & nouissime P. Leo *de conf. Recollect. 6. num. 873.* vbi me citat : unde non approbo id quod asserit Mazuchel , *tr. de cas. reser. disp. 2. cap. 22. num. 14.* quod licet in reseruationem non incidat is , qui vltque ad consummationem peccatum hoc peregerit in vase pte postero , quam preiudens fraudulenter membrum extraxerit , & extra vas semen effuderit ; ad Superiorem tamen remitterem , ne illi sua frus patrocinetur . Non inquam , mihi placet haec opinio ; nam si talis non incidit in casum reseruatum , quare tenetur Episcopum adire ? Dicendum est igitur , quod actus in casu nostro non est Sodomiæ completa , & consummata , sed incepcta , ergo non includitur in casu reseruato ; nam reseruatorum includit tantum delictum perfectum , & consummatum , non autem attentatum ; non nego tamen contraria sententiam esse probabilem .

Sup. hoc su- 6. Quarto quartu , an impuberis incident in casum reseruatum Sodomiæ ? Affirmat Mazuchellus *loc. cit. num. 12.* quia Episcopi absoluunt loquuntur , ergo reseruatio absolute est intelligenda ; tum quia impuberis obligantur ceteris legibus & censuris , & si possint peccare mortaliter , consequenter reseruatione ligari possint . Tamen Lopus *de cas. reser. par. 1. d. 4. num. 6.* docet impuberis ligari quid in reseruationibus adnexis iis peccatis , quae non sunt carnalia , qualia sunt homicidium , blasphemia , &c. iis vero , quae sunt adnexa peccatis carnalibus , non ligari , cum regulariter loquendo non compleat . Et hanc etiam sententiam Lupi admittit Bordonus *in confil. Regul. res. 38. q. 11. n. 18.* quia peccata carnalia , quae genitalibus sunt , non tribuuntur impuberibus , *ex cap. 1. de delictis puer.* quia infra hoc tempus nequeunt seminare , & si quandoque semen emitunt , non ideo incident , quia reseruatio instar aliarum legum non aptatur ad ea , quae tard accident , *Lram ad ea. ff. de leg. bin.* & hoc procedit etiam quando impubes patitur à pubere , qui licet ligetur casibus , non tamen impubes , quia ex eo quod misceatur cum pubere non amittit impietàtem , ratione cuius existimatur à reseruatione , non obstante quod agens , & patientis pari pena debantur puniri , quia id procedit

quando lex intendit utrumque punire , quod non accidit in casu presenti .

7. Quarto quinto , an exercens copulam Sodomiæ cùm feminis incidat in casum reseruatum affirmativè respondent aliqui , quia talis verè dictum exercere Sodomiæ , vt ex pluribus tenet Fagundez in *Decal. tom. 2. lib. 6. cap. 9. num. 7.* Mili vero magis placet opinio negativa , quam docet nouissime Lopus *de cas. reseruat. part. 2. cas. 10. numero 3. & aliis quos citat & sequitur Mazuchellus vbi *suprà disputation. 2. cap. 22. numero 12.* Dicendum est igitur copulam hanc , mafeuī videlicet cum feminis in vase pte postero non esse propriè Sodomiæ . Et ratio est , quia in Sodomiæ propriè peccatur non soldum contra vas , sed etiam contra sexum ; masculus autem pte postero cognoscens feminam , licet non seruat vas , seruat tamen sexum . Ergo , &c. Ex ita nostram sententiam docet etiam nouissime Diculus *de iust. lib. 1. disputation. 3. dub. 19. numer. 32. 5. seq.* Et licet aliqua , quæ in præsenti Resolutions diximus , alibi a nobis obseruata sint , tamen , quia in praxi quotidie accidunt , voluit in gratiam Confessoriorum adducere ea , quæ circa illa non uenerit sententiam Doctores .*

RESOL. LXVI.

Illustrissimus Cardinalis Archiepiscopus reseruant in hac Diocesi Panormitana aliquos casus , sed multis Regularium Superioribus dedit potestatem absoluendi , interrogatus seipius fui à rostris . & ex teris , an diœsi Superioris Regularium possim istam autoritatem concedere alicui particulari ? *Idem quāritur de Pœnitentiariis* Ex part. 2. tr. 17. & Milc. 3. Ref. 5.

S. I. **R**espondi non posse eandem potestatem subdelegare , nisi haberint expressam ab hoc licentiam ab Episcopo : delegatus enim ad nudum ministerium non potest subdelegare : & sic non possum concedere omnes casus simul alicui Confessario , vt ab eis absolvant toties , quoties acciderit . Possunt tamen absolutionem casus particularis in facto occurrit alteri committere ; v.g. cum petitur ab aliquo Confessario inferiori , qui asserit se habere pœnitentem cum tali casu reseruato , tunc potest dictus Superior , & Pœnitentiarius dare autoritatem dicto Confessario , vt illum absolvat ab eo casu . Et alter faciendo , confessiones erunt nullæ ex defectu iurisdictionis . Ita in terminis Piascius in praxi Episc. p. 2. c. 1. num. 15. Aloysius Riccius in praxi fori Eccles. part. 1. resol. 419. numero 1. Zetola in praxi fori Eccles. part. 1. resol. 419. numero 1. Homobon. de casib. reseruat. c. 9. numero 11. Sanchez de marim. tom. 1. lib. 3. tota disp. 31. & Molin. de iust. & iure. trac. 3. disp. 15. num. 5.

RESOL. LXVII.

An Vicarius Episcopi , si habeat potestatem subdelegandi possit absoluere ab alio , si incidit in casum reseruationis ? Et an idem dicendum sit de Priore , qui ut Vicarius ab Episcopo tam potestatem à Prelato suo Monachis habuit , an si in aliquem casum incidet , possit ab alio Confessario subdelegato de illo absolutionem obtinere sine licentia Prelati ? Et quid de Episcopo , si in casum incidet reseruationis ? Summo Pontifici , a quo ipse alios absoluere potest ?